

3- 1719. May 19.

14. 31

Alphonso de Vignolis

J. J. Bayer

Sedam litteras debi, quibus ut ~~responderes~~, tuae opinor occupationes non sunt
 pasae. Nunc librum illum mitto, in quo tu me iuicisti. Quae erravi (erravi autem),
 seu condonabis, seu coargues. Proposui animo, quouis semestri scriptum quoddam esse
 nomine Studiorum Regiomontanorum, in quo commentationes partim meas, partim
 eruditorum popularium aut amicorum exterorum etiam. Sum equidem quodam sin-
 gulari fastidio, ut tibi possis persuadere, me nequaquam, ut quidvis in manum veniret,
 sed talium hominum commentationes editurum, qui neminem aliquibus fordibus
 contaminent. Te et Lacrosum peructim in hanc societatem pertrahere. Item feci in
 Matthia Gesnero et Masonio, faciam in Jo. Chris. Voffio, Joanne Sartorio, Steph.
 Berglero, Davide Glaesingo, Davide Wilxinspo, Goldbachio, Quantio, Rustio, Fischero,
 Krcupnero nostris, doctissimis viris. Non vastitatem mihi quandam rerum in illis com-
 mentationibus proposui, sed quae ad antiquitates et historias illuminandas pertinent.
 Ergo nummos et inscriptiones explicari, chronologicas lucem adferri, orientali-
 maxime Christianarum rerum historiam ampliari, denique et res Prussicas enar-
 rari volo. Si qua Physici et Mathematici argumenti accedent, lubens adiu-
 gam. Singulis libris vitam eruditi viri et effigiem praefigam ipse Joannis He-
 uelii vitam alteri homo parvo. Vide quantum et ipse et Lacrofus iuvare prosp-
 tis. Sualne aliqui nummi Helitenses in bibliotheca aliqua vestrae urbis aut iime-
 liarchis Regio? tum fontae huc inscripti peregrinis litteris? Longaevitatem tibi
 precor o humanissime et doctissime Senex. Vale et haec cum Lacroso, cum nemine
 vero alio, communica. XIV. Cal. Junii ob hoc XIX. Videle ut Frischium quo-
 que adiungere possitis

Alphonso de
Vignolis

Berolinum